



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacramentum Ordinis

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1694

Caput X. De defectibus, quæ irregularitatem inducere solent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42240

CAPVT X.

De defectibus, qua irregularitatem inducere solent.

A Signantur passim ab Authoribus octo defectus irregularitatem inducētes, corporis scilicet, animæ, natalium, libertatis, bonæ famæ, ætatis, Sacramenti, lenitatis perfectæ.

Et quidem circa defectus tam corporis, quàm animi rectè notat Gobat. *Tr 8 Cas. 17. Sect. 1. n. 654* hos, si superveniant jam ordinato, non tam facile impedire exercitium saltem privatum Ordinis semel suscepti, quàm dum præcedunt, eorum susceptionē impediunt, quia longè major requiritur causa, ut ille, qui sæpius & legitime ad aram stetit, arceatur ab altaris Ministerio, quàm ille, qui nunquam altari servivit. Nam turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes cap. Quemadmod. §. 1. de jurejur. Nos suprà nominatos octo defectus distinctis Paragraphis clariùs exponemus. §. I.

Octo sunt defectus irregularitatem inducentes, qui si ordinato superveniant, non tam facile impediunt exercitium Ordinis suscepti, quàm illius susceptionem.

De defectu corporis

Ex defectu
corporis
irregularis
est, qui v. g.
turpiter
claudicat,
deformem
habet Gibbū
bum, &c.

Primus est defectus corpo-
ris, quando nimirum cor-
pori inest membri alicujus
mutilatio, si v. g. careat manu,
pollice, indice, oculo præfer-
tim sinistro &c. vel notab. his
inest deformitas, ut si turpiter
claudicat, habeat faciem valde
ustulatam, deformem gibbū,
sit nanus, æthiops, gigas, idq;
inter alienos, ubi hujusmodi
disparitas offensionem & con-
temptum parit, quamvis de
æthiopibus Dian. P 4 Tr. 2. ref.
84. Cum aliis id neget. Nam
inter suos sibi similes, ubi jam
dicta ratio cessat, non sunt ir-
regulares. Similiter si sit her-
maphroditus, id est, in quo a-
liquando foemineus aliquan-
do virilis sexus prævalet, imò
etsi prævaleat virilis sexus.
Suar. *De Cens. disp. 51. Sect. 2.*
Bon. & alii contra Tolet. &
Forn. Quia annumerantur
monstris, quæ ob decentiam
ad

ad Ordines requisitam, nemo
 facile dicet eorum esse capacia,
 vel denique gravis infirmitas,
 ut si sit leprofus, aut morbo
 caduco obnoxius &c. quia hæc
 reddunt hominem vel omni-
 no ineptum ad functiones Or-
 dinum exercendas, aut certe
 inhabilem ad easdem debita
 cum decentia obeundas. Por-
 ro mutilatio, quæ facta est sine
 propria culpa, non facit irre-
 gularem, nisi respectu Ordi-
 nis, cujus exercitium impedit,
 aut nisi inducat gravem de-
 formitatem, qualem v. g. in-
 duceret mutilatio nasi vel au-
 rium, nisi hæc erinibus regi
 possit, ut non appareat, jam
 enim cessat deformitas. Kôn.
 Disp. 18. dub. 13. n. 108. Proinde
 juxta Laym. Lib. 1. tr. 1. p. 5. c. 7.
 & alios non erit irregularis,
 cujus pollex mutilatus vel
 truncatus adhuc ita firmus
 est, ut una cum indice hostiam
 frangere & elevare possit: si-
 cuti nec iste, qui caret oculo
 canonico, id est, sinistro, sic
 dicto,

Non est
 irregularis,
 qui caret

dicto,

oculo ca-
nonico;
modo
dexter
sufficiens
fit ad legē.
dam de
center Ca-
nonem.

dicto, quod in lectione canonis
Missæ ipse potissimum adhi-
beatur, aut qui eo nihil videt,
dummodo oculus sit integer,
& non erutus cum magna de-
formitate, & dexter oculus
sufficiat ad decenter legendū
canonem. Dixi mutilatio, quæ
facta est sine propria culpa,
quia seipsum illicitè mutilans
fit irregularis, tamen si mutilet
membrum occultissimum, &
quod non impediat Ministe-
rium sacrum. cap. qui partem,
in 6. dist. 55. & quidem proba-
bilis est non requiri notorei-
tatem facti ut censet Fernan.
quamvis contrarium proba-
bile dicat Tann. in 8. part. disp.
6. q. 10. dub. 10.

§ II.

De defectu anime.

Ex defectu
anime sunt
irregulares
amentes.
epileptici.
Pagani, Ju-
dæi, publicè
Hæretici,
&c.

Secundus est defectus ani-
mæ, qualis est in amenti-
bus, epilepticis, id est, morbo
caduco laborantibus, energu-
menis sive à Dæmone obsessis,
&c. in quibus ob infirmitatem
quam

quam patiuntur, vel omnino vel certè ad tempus deficit perfectus rationis ac libertatis usus: præterquam quod hæc mala notabilem post se trahât deformitatem. Similiter ex defectu animæ erunt irregulares Pagani, Judæi, publicè Hæretici, quia in eorum mentibus deficit vera fides. Dixi publicè Hæretici, nam si quis esset occultè Hæreticus, ac dein legitimè absolutus, non foret irregularis, quia in tali præter defectum fidei simul cessaret offensio & infamia ex Hæresi oriri solita. Laym. l. c. Tann.

tom 4. disp. 6 q. 10 num. 200.

Qui ex jam dicta ratione cum aliis Auth. censent, filium hæretici parentis ad fidem Catholicam conversum non esse irregularem in iis locis, in quibus hæresis non parit infamiã, sicuti non parit in Germania. Item ex defectu animæ erunt irregulares illiterati, in quibus deficit scientia ad Ordines requisita: sicut etiam neophyti

Filius hæretici parentis ad fidem Catholicã conversus isthic, ubi hæresis non parit infamiã, non est irregularis.

feti

seu recenter conversi ob dictum necessariæ scientiæ defectum, qui in illis communiter esse solet, tandem habentur irregulares; donec iudicio Episcopi sufficienter fuerint instructi. V. *Toll. l. 1 c. 64 & alios.*

§ III.

De defectu natalium.

Ex defectu
natalium
omnes ille
gitimè nati
sunt irregu-
lares.

Filii in pla-
teis aut alio
loco publi-
co expositi
habendi
sunt pro
legitimis

In dubio
defectus
natalium
non præ-
sumitur,
sed probari
debet.

Tertius est defectus natalium, ex quo habentur irregulares omnes illegitimi, id est, qui non ex legitimo matrimonio, sed fornicatione, adulterio, aut alio quovis illicito cōcubitu sunt geniti, quia tales ratione originis habentur viles & contemptibiles. Filii expositi habendi sunt pro legitimis, quia tales in nullo iure illegitimi declarantur; & interdum parentes filios legitimos ob paupertatem exponunt. *Turrian. de Cens. l. 9 disp. 71 dub 1. Dian. & alii.* In dubio utrum aliquis sit illegitimus, habendus est pro legitimo, quia in dubio non præsumitur

tur

tur defectus, sed probari debet
 Disn. P. 4. tr. 2. Ref. 59. hinc
 neque tenetur filius semper
 tractatus & habitus ut legiti-
 mus, credere matri conjuga-
 tæ, etiam in fine vitæ cum ju-
 ramento affirmanti, ipsum
 esse illegitimum, nisi particu-
 lares circumstantiæ & ratio-
 nes contrarium evincant, ut si
 pater idē asserat. Bon. de Cens.
 disp. 7. q. 2. punct. 3. & DD. com.
 Nam illa continua tractatio
 filii tanquam legitimi efficit
 præsumptionem tam fortem,
 ut non elidatur contrariâ as-
 sertione matris factâ cum ju-
 ramento in fine vitæ. Matres
 enim sæpe, ut loquitur Nav.
 Conf. lib. 1. de filiis presbyt. Ob va-
 rias causas mentiuntur in si-
 milibus casibus. Idem est,
 quando maritus aliquem tra-
 ctavit ut filium suum, orto
 dein dubio, utrum sit ab ipso
 genitus, præsumitur esse ab
 illo genitus, adeoque legiti-
 mus. Imò qui natus est septi-
 mo mense post nuptias paren-

Unde filius
 semper ha-
 bitus, ut
 legitimus.
 non tene-
 tur credere
 matri in fi-
 ne vitæ as-
 seranti,
 ipsum esse
 illegitimū.

tum

Qui natus
est septimo
mense post
nuptias,
aut 12. vel
13. post
mortem
mariti non
est habendus
illegitimus

Quomodo
illegitimi
legitimantur.

tum, aut duodecimo vel decimo tertio post mortem mariti, cui nupserat mater, non est habendus illegitimus. V. Gob. in Theol. iurid. Mor. c. 28 n. 97.

Et seq. Cæterū illegitimi communi jure legitimantur, id est, constituuntur in eo statu, ac si nunquam fuissent illegitimi, primo per subsequens matrimonium inter eorum parentes, dummodo hi tempore conceptionis fuerint habiles ad validè cōtrahendum. Sylv. V. illegitim. q. 3. Unde fornicario in periculo mortis suadendum est à Confessario, ut puellam, quam imprægnavit, ducat in uxorem, antequam moriatur; ut hac ratione proles in utero latens, aut fortè jam nata fiat legitima. Similiter is quoque censetur legitimus, qui natus ex matrimonio invalido propter aliquod impedimentum occultum, sed bona fide saltem unius, id est, patris vel matris contracto. Secus si uterque impedimentū
scive-

sciverit. Bon. de Cens. disp. 7 q. 2. punct. 3. & alii comm. Secundo per professionem religiosam, quâ legitimantur quidē ad Ordines suscipiendos; non tamen ad Prælaturas & dignitates ejusdem Religionis, nam ad has sine dispensatione promoveri nequeunt. V. Dian. P. 4. tr. 2. Res. 65. Suar. Less. & alios. Tertio per legitimacionem factam à Papa, quia is solus legitimare potest ad jura & munia Ecclesiastica: ad quæ Principes sæculares saltem communiter nequeunt legitimare, possunt tamen ad officia sæcularia & hæreditates. Nav. Conf. l. 2. de fil. presbyt. Quarto per dispensationem, per quam tamen propriè non legitimantur, quia per hanc non constituuntur in eo statu, ac si nunquam illegitimi fuissent, sed relinquendo statum corruptum, fit illis jus ad Ordines, dignitates & beneficia, ad quæ permanente priore statu inhabiles fuissent. Pal. de Cens. disp. 6.

Dispen-

Quid sit dispensare cum illegitimo: & quanam dispensare possint,

Dispensat autem solus Papa quoad Ordines majores, dignitates & beneficia curata: quoad Minores & beneficium simplex etiam Episcopus *ex c. 1. & 2. de fil. Presbyt.* Quod si quis ignarus suæ illegitimitatis bonâ fide ad Ordines foret promotus, poterit cum eo, veritate rei compertâ, dispensare Episcopus. *Dian. P. 7 tr. 2 ref. 24. Henriq. & alii.* Imò probabiliter poterit Episcopus dispensare cum illegitimo occulto. *Idem l. c. cum Laym. & aliis*, eo quod Episcopus vi *Trid. Sess. 24 c. 5 de reform.* possit dispensare in irregularitatibus omnibus ex occulto delicto provenientes, excepto homicidio & aliis ad forum contentiosum deductis. Illegitimitas autem occulta provenit ex delicto occulto, non quidem proprio, sed parentum, adeoque erit ab Episcopo dispensabilis. *Avila de Cens. Part. 7. disp. 3. dub. 9. cum Auth. supra citatis. Contra*

tra

tra communem aliorum, qui docent irregularitatem, quæ statuitur pro illegitimis, non esse propter delictum parentum, sed propter indecentiam & contemptibilitatem, sic natis adhærere solitam. Dispensatio autem à quocunq; facta non subsistet, nisi dum illam petis, simul exprimas circumstantias aggravantes tuæ illegimitatis v. g. utrum natus sis ex utroque parente soluto, an ex uno illorum conjugato, aut in Sacris constituto, &c.

Non subsistet dispensatio, nisi in illa exprimentur circumstantiæ quæ augent & aggravant illegimitatem.

Sanch. de Matrim. L. 8. disp. 24.

n. 3 & 5. cum aliis multis, quos citat. Nam quo plures sunt circumstantiæ, eo difficilior est dispensatio, adeoque nisi hæ exprimentur, erit dispensatio subreptitia.

§. IV.

De defectu libertatis.

Quartus est defectus libertatis, propter quæ omnes servi propriè dicti, id est, ii, qui aliorum mancipia sunt,

Ex defectu libertatis sunt irregulares servi pro-

E adeo-

priè dicti;
imò secun-
dum ali-
quos etiam
originarij.

Item Cu-
riales,
quamdiu
publica
officia re-
tinent, nec
per dispen-
sationem,
aut contra-
riam tole-
ram con-
suetudinè
ab irregu-
laritate
eximantur.

adeoque in Dominorum po-
testate omnino constituti, imò
juxta Laym. L. 2. tr. 1. c. 8. etiam
servi originarij irregulares
sunt, nec ad Ordines admitti
possunt sine consensu Domi-
norum suorum. Similiter ob
hunc ipsum libertatis defectum
irregulares habentur omnes
Curiales, id est, qui Curie sæ-
culari obligati sunt in Mini-
sterio publici alicujus Officii,
sive hæc obligatio sit ex jura-
mento, sive pacto aut stipen-
dio, quamdiu hæc officia re-
tinent; nisi forte specialis Di-
spensatio pro dictis officiis à
summo Pontifice obtineatur,
aut eodem consensu contraria
consuetudo toleretur. Nam
tales non sunt amplius sui, sed
Domini, cui obligati sunt. Ad-
de quod juxta Apost. 2. ad Ti-
moth. 7. nemo militans Deo
implicare se debeat negotiis
sæcularibus. ex cap. 1. 2. & 3.

dist. 15. V. Dian. P. 4. tr. 2.

Ref. 98.

§. V.

De defectu bonæ famæ.

Quintus est defectus bonæ famæ, ex quo sunt irregulares, quicumq; infames habentur sive ea infamia sit juris, id est, sive ex jure civili aut Ecclesiastico viles & infames reputentur! prout habentur

Ex defectu bonæ famæ sunt irregulares, qui infamia juris vel facti laborant.

Circulatores, Histriones, Mimici, Comædi, & alii Artes ejusmodi & Officia exercentes: sive sit infamia facti, id est, sive ex enormi aliquo & notorio crimine à te commisso infamiam contraxeris v. g. Proditione, Sacrilegio. & aliis similibus, quæ degradatione vel depositione digna sunt. Dixi notorio. Nam si occultum sit, etsi habeat infamiam ipso jure annexam, modò excipias homicidium & censuræ violationem, non inducit irregularitatem, ut docet Ken Nav. Laym. contra Syv. & Suar. Quod si quis à civili Magistratu aut alia Superiore potestate

E 2 notatus

notatus foret aliqua infamia ;
 & ab eisdem pristinae famae re-
 stitueretur , desinet esse irre-
 gularis. Eiusdem enim est ab-
 solvere, cuius ligare. *L. Nemo ff.*
de Reg. Jur. Suar. de Cens. disp. 48.
Secl. 2. idem est dicendum de
 eo , qui per publicam & con-
 stantem vitae emendationem
 infamiam facti à se removet,
 & omnino tollit. Vid. Laym.
L. 1. tr. 5 part. 5. c. 4. qui juxta
 communem sententiam exci-
 pit hæresin & apostasiam no-
 toriam : Nam hæc impediunt
 à susceptione Ordinum etiam
 post pœnitentiam & absolu-
 tionem , quia tales ipso jure
 habentur infames. Non im-
 probat tamen consuetudinem
 regionum quarundam sep-
 tentrionalium, in quibus Epi-
 scopi ordinare solent ex hæ-
 resi ad fidem Catholicam con-
 versos & absolutos , eo quod
 tales neque in civili jure à pu-
 blicis dignitatibus & officiis
 repellantur , adeoque isthic
 infames non habeantur. Imò
 vult

vult esse certum, Episcopum posse dispensare cum talibus ad fidem conversis, per privilegium dispensandi super omnibus irregularitatibus, præter eas, quæ ex voluntario homicidio, mutilatione, bigamia, & natalium defectu contractæ sunt.

§. VI.

De defectu ætatis.

Sextus est defectus ætatis requisitæ ad Ordines suscipiendos, de quo supra dictum est. De hoc defectu supra dictum est.

§. VII.

De defectu Sacramenti.

Septimus est defectus Sacramenti, subintellige Matrimonii, quod per bigamiam, five per conjugium cum duabus legitimis uxoribus successivè habitum, deficit in perfecta significatione conjunctionis Christi cum Ecclesia tanquam Sponsa sua. Habet enim Sacramentum Matrimonii id ex sui institutione, ut repræ-

Ex defectu Sacramenti sunt irregulares omnes bigami.

fenter unionem Christi cum
 Ecclesia factam per Incarna-
 tionem ; quâ visus est quo-
 dammodo relinquere Patrem
 suum cœlestem, & postmodum
 Matrem suam Synagogam :
 Ut Sponsæ suæ Ecclesiæ adhæ-
 reret. Juxta illud Apost. ad
 Eph. s. Sacramentum hoc ma-
 gnum est, ego autem dico in
 Christo & Ecclesia. Cum au-
 tem Christus non copulaverit
 sibi nisi unicam Sponsam, & ab
 alio non assumptam, id est,
 veram Ecclesiam d. ficit hujus
 Mysterii significatio in Matri-
 monio cum secunda uxore,
 vel cum Vidua, aut cum per-
 sona ab alio corrupta. Plenius
 autem & perfectius significa-
 tur per Matrimonium cum una
 Sponsa, eaque Virgine. Cæte-
 rum ab AA. triplex statuitur
 bigamia irregularitatem in-
 ducens. Prima est vera & pro-
 priè dicta bigamia, quando
 quis successivè duabus nupfit
 consumans cum utraque Ma-
 trimonium : Altera est inter-
 preta-

Bigamia
 inducens
 irregulari-
 tatem tri-
 plex est :
 Prima vera,

pretativa. quæ secundum juris
interpretationem fictionemve
bigamia dicitur: & hac ratio-
ne bigamus erit, qui primo et
iam Matrimonio Viduam aut
personam ab alio corruptam
sibi copulat, quia deficit à si-
militudine Christi copulantis
sibi Ecclesiam à nemine alio
assumptam, & sibi soli despon-
satam: Item qui copulam car-
nalem habuit cum legitima
uxore, postquam fuit ab alio
intra vel extra Matrimonium
carnaliter cognita; nam hic
quoque deficit perfecta simi-
litudo Christi cum Ecclesia.
Nec refert utrum mulier vo-
lens, aut per vim cognita fue-
rit, & num vir adulterium
coniugis sciverit, an non, quia
hæc irregularitas non oritur
ex culpa; sed ex defectu signi-
ficationis Sacramenti. Tertia
dicitur similitudinaria, ob si-
militudinem, quam habet cū
utraque iam dicta bigamia, estque
ex hac irregularis, qui post so-
lemne votum castitatis Marri-

& proprie
dicta; alte-
ra interpre-
tativa, ter-
tia simili-
tudinaria.

monium contrahit, ac consummat quamvis cum Virgine: Quia censetur duplex Matrimonium contraxisse, unum spirituale cum Christo, alterum carnale cum muliere. Quod ex iam dicta ratione etiam verum videtur, tametsi obtenta dispensatione Matrimonium contrahat cum Virgine. V. Medull. Theol. Abelly. P. 2. tr. 206, Sect. 3. §. 1.

§ VIII.

De defectu lenitatis.

Ex defectu lenitatis sunt irregulares, qui alium licite mutilant vel occidunt, sive id fiat in bello justo sive in legitimo iudicio.

Ocravus est defectus lenitatis, ob quem fiunt irregulares, qui alium licite mutilant vel occidunt in bello justo, vel in legitimo iudicio, quia tales non imitantur perfecte lenitatem & mansuetudinem Christi, qui noluit mulierem in adulterio deprehensam pronunciare ream mortis: nec crucifixoribus suis justam à Patre vindictam, sed veniam petiit. Hanc autem lenitatem vult Ecclesia eos imitari,

tari, qui ad altaris Ministerium deputati, Christi tanquam agni mansuetissimi ad occisionem ducti personam gerunt. *Explicatur, quid sit aliud mutilare,*
 Ad hanc irregularitatem incurrendam requiritur, ut mors vel mutilatio five abscissio alicujus membri, quo nomine intelligitur ea pars corporis humani, quæ habet proprium actum & officium distinctum ab aliis, ut manus, pes, oculus &c. actu & re ipsa sequatur. Unde non sufficit mortem aut mutilationem à te fuisse intentam, aut decretam, nec alium à te graviter vulneratum aut percussum, dummodo hinc mors non sequatur; quia irregularitas non statuitur in jure nisi ob mutilationem aut homicidium re ipsa completum. V. Laym. *Lib. 3. Tract. 3. Part. 3. Cap. 8.*
 Et ob modò dictam rationem non extenditur præfata irregularitas ad abscissionem membri aridi aut mortui, quia non est abscissio humani membri,

E s utpote

utpote animâ hominis non informati: Neque ad debilitationem alicujus membri, quod nimirum sic læditur, ut reddatur inutile ad suum Ministerium. Idem est si membrum deformatur aut defodetur, modo non mutiletur: imò probabiliter nec ad notabilem partem alicujus membri, ut si quis amputaret dimidiam manum, vel omnes digitos, qui non habent diversum, sed accessorium actum cū manu. Quia in pœnalibus significationes nominum ampliandæ non sunt. Nomine autem membri, ut supra dictum, hic accipitur ea pars corporis, quæ habet distinctum officium ab aliis partibus. Probabilius tamen est contrarium, quia gravis diminutio partis principalis æquivalet totali abscissioni, nam perinde est, ac si non haberet ejusmodi membrum. V. *Fill. n. 20. de Cens. c. 1* Dixi primò in bello justo, subintellige *offensivo, hoc est, tali, quod à Re-*

Nomine
belli justii
intellige
offensivū,

à Republica, Principe, aut Rege suscipitur in vindictam injuriæ ab hoste illatæ. Qui in hujusmodi bello, etiam si sit Clericus suâ præsentia alios animat, ad fortiter pugnandû hortatur, aliudve auxilium præstat, modò suâ manu neminem occidat vel mutilet, licet vulneret, nec quenquam hortetur ad occidendum aliquem in particulari, non sit irregularis, prout habetur in cap. *Petio, de homicid.* Quod privilegium concessum est in favorem justî belli, & ne ingens hominum multitudo ligaretur vinculo irregularitatis. Aliud est in bello injusto, in quo ob unius necem vel mutilationem omnes, qui re aut verbis ad alterutrum cooperati sunt, fiunt irregulares. Quia plures simul consilio, auxilio, aliòve modo concurrentes ad homicidium, aliudve delictum censentur esse causa moralis illius. Quod si quis assisteret huic bello ad concili-

quod legi-
mi suscipi-
pitur ad
propulsandam
injuriã
ab hoste
acceptam.

Extra occi-
sionem &
mutilatio-
nem quid
in hujus-
modi bello
liceat,

In bello in-
justo quã
fiunt irree-
gulares.

In bello
defensivo,
quo quis se
suosque
contra ini-
quum ag-
gressorem
legitimi de-
fendit, oc-
cidens aut
mutilans
non fit ir-
regularis.

liandam pacem, aut ferat opẽ
in spiritualibus, non censetur
cooperari morti aut mutila-
tioni aliorum, adeo que nec
erit irregularis. In bello autem
defensivo, id est, eo, in quo
Respublica, Princeps, aut Rex
contra iniquum aggressorem
se suosque defendit, si quis
alium occidat aut mutilet,
non fit irregularis, quia ut re-
cte ait Suar. non intervenit de-
fectus lenitatis, ubi est necessi-
tas defensionis: ac proinde oc-
cidendo aut mutilando etiam
ob necessariam defensionem
honoris, vitæ, castitatis, bono-
rum temporalium magni mo-
menti, siue hæc propria siue
proximi sunt, non incurritur
irregularitas, quia huiusmodi
occisio non est spontanea aut
voluntaria, sed ad defensionẽ
sui vel proximi necessaria.
Non incurritur autem irre-
gularitas, ut bene notat Fill.
Tract. 20. de Cens. c. 6. ob homi-
cidium, nisi fiat injuste aut
cum culpa, aut ex spontanea
volun-

voluntate ; quod autem fit
 coactè non fit spontaneè. Dixi
 secundò in legitimo seu justo
 iudicio. Ex quo ob defectum
 lenitatis ex probabili sententia,
 illi solum sunt irregulares,
 qui ut publici Ministri iustitiæ
 concurrunt ad causæ crimina-
 lis probationem vel executio-
 nem: Quia tales voluntariè,
 quamvis licitè, occidunt vel
 mutilant. Dicuntur autem
 hoc modo concurrere imprimis
 ipse Iudex ferens sententiam,
 Tabellio seu Notarius scribens
 illam, Ministri eam exequen-
 tes testes, accusatores &c. Hic
 tamen juxta *cap de hom. in 6.*
 erit liber ab irregularitate, si
 reum accuset in causa propria,
 non verò aliena, cum prote-
 statione se non intendere vin-
 dictam aut pœnam sanguinis,
 sed reparationem damni illati,
 quia jus ad propriam conser-
 vationem est maximè natura-
 le, & ideo in illius favorem hæc
 concessio facta est. Porro cau-
 sa propria dicitur illa, quæ est

In legitimo
 & justo Iu-
 dicio quinã
 sententur
 fieri irree-
 gulares.

Quid sen-
 tiendum
 de accusa-
 tore.

personalis sive propria ipsi personæ, vel certè quæ est illius, qui habet tantam conjunctionem cum alio, ut hujus injuria censeatur redundare in propriam personam, qualis v. g. est inter patrem & filium, fratrem & fratrem, dominum & famulum, inter te & illum, cujus cura ex officio speciali vel jure ad te pertinet. Dixi non verò aliena, quia in hac solum conceditur accusatio, cum dicta protestatione ex jure naturali defendendi innocentem, quando non est alia via vitandi periculum certi nocimenti, quod alteri imminet, & propter quod tu obligaris ad faciendam accusationem. In causa tamen propria licebit accusare cum facta protestatione, etiam si aliâ viâ possis recuperare res tuas, nec immineat periculum certi nocimenti in particulari, nec sis obligatus ad accusandum. V. Fill. *Tract. 19 de Cenj. C. 10.* Et in his modò dictis casibus, qui

qui habet jus accusandi, idem habet jus capiendi & detinendi eum, qui damnum intulit, indicandi locum ubi lateat, vociferandi ut capiatur. Quia jus petendi à Judice emendam hoc est, satisfactionem damni tibi illati, non excludit actiones ad hanc à Judice obtinendam necessarias. Præterquam quod hac ratione pravis hominibus danda sit occasio inferendi Clericis quaslibet injurias, utpote qui à prædictis ob periculum irregularitatis deterrerentur. V. Fill. l. c. Imò Quid de Teste, non est improbableem testem quoque & advocatum fore immunem irregularitate, si dictam adhibeat protestationem, eo quod accusator sine avvocato & testibus suam causam prosequi non possit. Præpos. Dub 13 n. 104 & 105. Quamvis contrarium videatur esse probabilius, quia cit. cap. de hom. in 6. loquitur de solo accusatore, & testis aut advocatus non defendat sua, sicuti

ficuti accusator , sed aliena. Interim testis si gravi metu, aut præcepto superioris obligante in conscientia, aut jure naturali, hoc est, ex præscripto rectæ rationis cogereur ad dandum testimonium in causa sanguinis , non erit irregularis. si dictam protestationem adhibeat. V. Dian. P. 4 tr. 2, res. 31. Quia talis non sponte sed coactè concurret ad causam sanguinis, ad quã aliæ personæ publicæ concurrunt sponte & voluntariè , quia sponte admittunt publica Ministeria justitiæ , adeoque censentur voluntariè reis mortem inferre. Quamvis officio publico semel admissio teneantur in conscientia ea præstare , quæ officio annexa sunt. Idem dici poterit de parte satellitum deducentium reum ad supplicium, quia non ex officio & sponte, sed adacti à magistratu id faciunt. V. Gob. Tr. 8. Cas. 17. Sect. 1. Imò universim loquendo omnes privatæ personæ , hoc est,

Quid de parte satellitum deducentium reum ad locum supplicii.

Quid de privatis

est, non instructæ publicæ authoritate ad probationem vel executionem sententiæ, dummodo non concurrant injuste & cum peccato mortali, sunt immunes ab omni irregularitate: Ita non erit irregularis Sacerdos, qui reum in loco supplicii hortatur, ut ultro denudet collum ad exceipendum fatalem ictum, vel alio licito modo cooperatur ad accelerandam ipsius mortem etiam deliberatè. V. Dian. P. 3. tr. 5. res. 79. Vasq. Turr. Hurt. & alios contra Cajetanum, Nav. &c. ratio est, quia nulla irregularitas incurritur, nisi in casibus jure expressis, & quidem tam clarè expressis, ut dubium esse non possit, quin jura extendat se ad illos casus, prout docet Suar. de Cens. disp. 40. Sect. 4 aliique plures. Nulla autem verba ullius Canonis afferri possunt, ut loquitur Gob. l. c. quæ extendant irregularitatem ex defectu lenitatis ortam, ad alios casus, seu
 alia

personis ad mortem vel mutilationem licite, aut saltem absque gravi peccato injustitias concurrentibus.

Quid de
his, qui
assistunt
suppliciiis
reorum
absque
omni co-
operatione.

alia genera personarum, quam
eas, quæ publica auctoritate
instructæ concurrunt ad cau-
sam sanguinis, hoc est, mortis
vel mutilationis. Denique as-
sistentes in loco supplicii, si
nullo modo ad id cooperentur,
non sunt irregulares. Et licet
Clericis prohibitum sit, assi-
stere executioni sententiæ san-
guinis in cap. *Si Clerici vel Mo-
nach.* Id tamen contrariâ con-
suetudine abrogatum est. Moh.
disp. 73. & alij quamvis Suar.
disp. 47 sess. 4. velit peccari ve-
nialiter ob parvitatem mate-
riæ. Aliud est de Clericis ha-
bentibus jurisdictionem tem-
poralem in delinquentes: Quia
tales suâ præsentia aliquo mo-
do tribuunt auctoritatem ex-
ecutioni sententiæ. Suar. Fill.

Non decet
Clericum
huiusmodi
funestis
spectaculis
interesse
extra casum
necessitatis
aut pietatis.

Bon. *Disp. 744 p. 1. n. 16* Inte-
rim probandum non est Cle-
ricos extra casum necessitatis
aut pietatis assistere funestis
huiusmodi suppliciis. Sapit
namque aliquam animi ferita-
tem à lenitate Christi prorsus
alie-

alienam, luctuosum proximi
 supplicium, oculorum suorum
 facere oblectamentum; sicuti
 non exiguam præfert animi
 levitatem, si Clerici minorum
 jocularum aut histrionum
 spectaculis vacent. Unde in
 Conc. Lateran. sub Innoc. III.
 cap. 16. præcipitur illis, ne hu-
 jusmodi ludicris ac omnino
 vanis spectaculis animum ocu-
 losque intendant. Hæc tamen
 prohibitio in hisce partibus
 non videtur esse omnino re-
 cepta.

Neque va-
 care mino-
 rum aut
 histrionum
 spectaculis.

CAPVT XI.

*De irregularitate, quæ oritur
 ex delicto.*

H Actenus dictum est de ir-
 regularitate orta ex de-
 fectu, modò agemus de eadem
 orta ex delicto. Numerantur
 autem ab AA. decem delicta
 irregularitatem inducentia.
 Primum est homicidium aut
 mutilatio facta auctoritate
 privata cum peccato mortali
 inju-

Assignan-
 tur delicta
 irregulari-
 tatem in-
 ducentia.